

titulis non tam fictis quam stulte interpolatis, ut pro colonia municipium evaderet, patricius Romanus Suessani agnomine decoraretur, puella nescio quae audiret pietate insignis; a quibus facile cavemus, cum pleraque epigrammata aliunde nota sint. Post STEPHANONIVM, qui ipse Suessam adiit, et FABRETTIVM, qui ex schedis Barberinis, et MVRATORIVM, qui a Como Suessanas traxerunt, secutus est PRATILLIVS solitis nugis. Quare cum nactus essem civis Suessani Thomae DE' MASI librum amplum (*D. Tommaso de' Masi del Pezzo de' marchesi di Civitella mem. istoriche degli Aurunci e delle loro città principali Aurunca e Sessa*. Neapoli 1764. 4. pp. 324; cuius libri priorem recensionem typis descriptam, sed antequam ederetur reiectam paginarum tantum 248 vidi in bibl. publica Neapoli paginarumque numeros iustae editionis paginis uncis inclusos adscripsi) et in eo Pratillium severe vidissem exagitari Masiumque ut par erat lapides Pratillianos ibi ubi extare dicebantur investigavisse, praeclare actum esse de titulis Suessanis putavi. At spes fefellit. Masianis enim inscriptionibus accurate examinatis in iis quoque falsas

reperiri a nullo alio auctore proditas et ipsi attribuendas (nam potest ille quidem ab amico accepisse, sed qui auctorem non laudat, merito pro auctore plectitur) intellexi perinvitus, rubos iam et dumos quibus supra quam credas obsitus est totus ager inter Lirim et Voltturnum plane pertaesus et aliquando ad certa et fida pervenire cupiens; tamen Panviniani consules dudum explosi in Masiano titulo n. 594* reperti labantem iam auctoritatem eius convellerunt. Nihilominus non ita fuit abicienda sylloge eius ut Pratillianorum mala herba; Masius enim cum falsa dedit satis prudenter ficta et a portentosis fraudatorum vulgarium inventis longo intervallo discreta, tum genuina haud pauca et edita et inedita eademque plerumque probe descripta, ut diligentissime cavendum sit, ne his laqueis innectamur. — GRANATAE *ragguaglio storico della città di Sessa* (Neapoli 1763. 4. pp. XXXVII) non profuit. Omnino post Masium nemo data opera Suessanos lapides tractavit ante me qui Suessam adii bis titulosque ibi propositos descripsi olim et post triginta annos recognovi.

4743 [= 4028] in sex marmoribus litteris palmaribus. Suessae in ecclesia cathedrali nunc sub calce latent MASIVS.

MERC	SACR
M · MAEC	IVS · Q · F · AEM · ARAT
De' Masi p. 180 [92] separata ita:	
S A C R	IVS · Q ·
F · AEM ·	M · MAEC
M E R C	ARA · T ·

in sexto ARAI est in ed. reiecta. — Hanc tuebatur credo lapidum ordo restitutus.

4744 [= 4055] Suessae FIL.; ante ecclesiam S. Matthaei apud Sessionem IVC.; *nel seggio grande* AVG. Nunc ibi *alla guardia urbana*.

M A T I D I A E
 AVG · FIL · DIVAE
 MARCIANAE · AVG
 NEPTI · DIVAE SABINAE
 5 AVG · SORORI
 IMP · ANTONINI
 AVG · PII · P · P · MATERERE sic
 MINTVRNENSES
 D D

Descripsi et recognovi. Lucundus f. 124 n. 4 (inde Bononius Ott. f. 34', Trai. f. 129 et ni fallor Alciatus Feae f. 129); Gavotus app. Marcan. Genuat. f. 143; Filonardianus liber f. 30; codex Papiensis (v. vol. V p. 695 n. VIII) f. 32; Bembus f. 100'; Smetius ms. Neap. p. 174, ed. 55, 8 e Pighianis (inde Waelscappe f. 163; Panvinus cod. Vat. 6035 f. 20; Manutius orth. 512, 23, item in schedula impressa sine anno et loco bibl. Berol.); Ligorius ms. Neap. l. 24 et l. 35 p. 315, Taur. 11 s. v. Minturnae et 21); Ant. Augustinus cod. Matr. f. 74 (inde Panvinus cod. Vat. 6035 f. 19, ubi additur 'vidi, sed non scripsi', item Grut. 252, 9 'ex Smetio et schedis Ant. Augustini') et in epistularum ed. Andresiana p. 265; Stephanonius p. 444; Pratilli p. 159; Chaupy *maison d'Horace* 3, 456; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9771. Orelli 836.

4745 [= 4034] litteris palmaribus. Suessae.

M A T I D I A E
 AVG · FIL · DIVAE
 MARCIANAE · AVG
 NEPTI · DIVAE · SABINAE
 5 AVG · SORORI
 IMP · ANTONINI
 AVG · PII · P · P · MATERTERAE
 SVESSANI

Waelscappe ms. f. 163; Capaccius p. 623 (inde Reines. 3, 20); Sacco ed. 2 p. 105. Orelli 837. Auctores versus ordinem nullum observant. — 1 MATHIDIAE Waelsc. — 2 F · Cap. — DIVA Waelsc. — pro 3. 4. 5 SABINAE (SABINA Sacco) · SORORI Waelsc. Sacco. — 6 ANTONI Waelsc. — 7 AVG et P · P om. Sacco. — MATERERE Waelsc. Sacco. — Haud scio an titulus numquam extiterit; cum enim plane similis a Minturnensibus positus n. 4744 Suessae extet, facile fuit hunc inde efficere fortasse errore magis quam fraude. Cf. quomodo Saccus corruperit n. 4746. Nihilominus retinui propter consensum trium auctorum non optimorum sane, sed qui quomodo conspirarint non apparet.

4746 [= 4029] Suessae in S. Romano FIL. Deinde ibi in curia.

MATIDIAE
 AVG · FIL
 DIVAE · SABINAE ·
 SORORI ·
 5 IMP · ANTONINI ·
 AVG · PII · P · P
 MATERTERAE
 AGATHEMER · LIB ·
 PROC

Descripsi. Filonardianus liber f. 105. 107; Capaccius p. 623 (inde Reines. ad. 3, 20); Sacco p. 67 ed. 1 (in ed. 2 non legitur); Stephanonius p. 141 (inde Gud. ms. 672, 3, ed. 89, 6); de' Masi p. 168 [83]; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9771; Henzen *Bull.* 1845 p. 57. Clausulam Cap. corrupit, legens AGATHONENSES (scil. propter MINTVRNENSES basis simillimae n. 4744 item Suessae prostantis), interpolavit Sacco sic: MATERERE | LIB · PROC · D · M | SVESSANI.

4747 [= 4030] Suessae ante fores S. Dominici IVC. SMET.

M A T I D I A E · AVG
 FIL · DIVAE · SABINAE
 SORORI
 IMP · ANTONINI · AVG · PII
 5 P · P · MATERTERAE
 6 FLAVIVS · AVG · LIB
 ONESIMVS · CAMPANVS

Lucundus f. 124 n. 6; Gavotus in appendice Marcanovae Genuat. f. 144; Filonardianus liber f. 29 = 107; Smetius non in codice ms., sed in sola ed. 55, 9 (ex eo Grut. 252, 10) ex Pighianis, id est fortasse ex Lucundo; Capaccius p. 623 nescio unde. 2 DIVVAE Gav. + 5 P · P om. Gav. — 6 T · FLAVIVS scripsi, F · FLAVIVS Gav., FLAVIVS Iuc. Fil. 29 Cap., P · FLAVIVS Fil. 107, C · FLAVIVS Smet. — 7 ONESIMIVS Fil. 107, ONASINVS Cap., OTTESIVS Gav.

Quattuor his tifulis imperante Pio dedicatis Matidiae iuniori quintus accedit n. 3833 Capuae eruderatus; omnes crediderim olim prostitisse Suessae, ubi eorum agrorum, quos Matidia in his partibus habuerit necesse est, procuratores sedem videntur habuisse. Dedicati autem sunt a Mintur-